

exaudiuit deuocōne deprecōis mee.

Certe exaudiuit me dñs qm̄. **A**diutor meus et p̄tector meus est et in ip̄o sperauit cor meū in morte (et adiutus sum) in resurrectione.

Certe adiutus sū in resurrectione. **Q**uā in re floruit caro mea) p̄cedēs de tumulto incorrupta impassibilis et gloriosa. vñ iam metu mortis consupto libera volūtate hilariter et gaudenter p̄ me et fideles meos (confitebor ei) confessione laudis.

Merito fideles mei confiteb̄ ūtur ei qm̄. **F**ortitudo) in pugna ostra diabolū (est plebis sue) que credit et confidit in eo (et p̄tector omnīū) qui passione filij sui sūt (redempti) tam in p̄nti q̄ in futuro eos oseruādo.

Interpello et oro domine sancte pater ut. **P**opulum tuū ad salutē pducas q̄ et meus est q̄ omnia mea tua sūt (et benedic eccl̄ie tue) que est hereditas tua virtutibz et numero augendo (et rege eos) in hac mortali vita ne declinent ad praua (extolle illos) a terrenis ad celestia eos glorificādo (eternaliter)

**Psalmus. xxviii. in quo mouentur
fideles afferre spūales hostias deo.**

Filij dei afferre domino <sup>vosmetip̄
sos nō cor-</sup>
ruptos erroribz qui estis filij apostolorz q̄ vos genuerūt p̄ euāgelīū (qui arietes dicūtur) tū quia duces gregū fuerūt tū quia duobz cornibz id ē vtriusqz testamētī auctoritatibz p̄ualuerūt ostra hereticos et sup̄sticioes et idola q̄ dura fronte eos diruentes. **A**fferre dño deo p̄ri (gl̄iā) q̄ ē om̄is creaturē p̄ncipiū (et honorē) q̄ ē oīs creature finis. qđ tūc deo afferimus qñ exhibemus nos

tales in quibus deus honoretur et glorificetur / afferte domino
filio qui est noticia intelligentie paterne (gloria) predicando
cum equaliter esse patri / et omnia opera vestra ad eius gloriam diri-
gendo (adorate dominum spiritum sanctum) qui est sanctificator et
inhabitor ecclesie sancte sue. **I**deo afferte domino gloriam.
quod **V**ox christi tam pro se quam pro suis fuit (super multos po-
pulos) super quos ipse christus rex glorie in humana natu-
ra terribiliter (intonat) dominatione futuri iudicii et fran-
gore apostolice predicationis per universum mundum quo men-
tes hominum ad conversionem commovet.

Vox predicationis (domini) pro se et pro suis (in virtute) quod
cum operatione multorum miraculorum (et vox domini in magni-
ficentia) quod simplices et indoctos magnificos fecit in omni
sapientia cui non poterant resistere omnes sapientes mundi.

Vox predicationis (domini) pro se et pro suis (quali confringentis
cedros) quia multos sublimes et altos diuites et po-
tentes de gentibus voce sue predicationis conteret (confringet)
ad penitentiam et humiliabit sub iugo euangelii et eodem modo
(cedros libam) qui ceteris cedris sunt altiores iudeos
scilicet qui ratione legis se gentibus superiores gloriabantur
confringet ad penitentiam.

Succissa atque confracta in eis superbia. **C**onmuet eos)
humiliando (tanquam vitulum pingue) ad imitationem christi ut ipsi
etiam sint parati pro christo mori si sit opus quemadmodum
christus filius secundum carnem iudeorum fecit pro nobis omni-
bus qui iudei propter eorum superbiam dicuntur unicorner.

Vox predicationis (christi quasi intercurrentis flammam
ignis) quod vicia carnis que concupiscentias resecat et pro-
hibet vox predicationis pro suis (commovet) etiam gentiles ad
fidem quod ideo (deserti) dicti sunt quia sine lege sine deo sine
prophetis fuerant (commovet etiam dominus) ad fidem convertendo

iudeos qui dicuntur (desertum cades) quod interpretatur sanctum legis a quo sancto legis desertum sunt quoniam sanctum legis id est spirituale intellectum eius non habent.

Dox) predicacionis (christi quasi preparatis ceruos) quod tribuit spiritum sapientie quibusdam perfectis qui veluti cerui repellunt venenosas linguas hereticorum et sicut cerui per spinas incedunt sine lesione ita ipsi per vanitatem mundi sine delectatione quibus dominus (reuelabit ea que aliis sunt abscondita) scilicet umbracula misteriorum et omnes que sunt (in templo) sic consummato pro tantis beneficiis (dicet gloriam domino) Ideo etiam date gloriam domino quia sanctos suos in ecclesia quasi in archa noe constituit. Inter fluctus huius seculi illesos inhabitare facit) sicut seruauit inter fluctus et aquarum inundationes existentes in archa noe et deinde in templo (sedebit dominus rex) regnans in eis et regens eos usque quo deducat eos ad portum (stabilitatis eterne.

Dominus virtutem populo suo dabit) contra huius mundi percellas et turbines dimicanti et tandem (dominus benedicet populo suo) in eum credenti et mandata eius obseruanti (in pace) eterna in seipso qui est pax nostra.

Psalmus. xxix. in quo de resurrectione christi.

Christus homo gratias agens pro resurrectione sua inquit.

Domine sublimitatem tuam gloriose (laudabo) ampliando nomen tuum per multas gentes (quoniam suscepisti me) de morte in resurrectione dedicando me gloria immortalitatis. et quia non permisisti diu inimicos meos iudeos et demones iocundari (et delectari super me) quia inimici qui letati sunt in cruce. in resurrectione tristes effecti sunt. et deuoti gaudio magno floruerunt.

Domine deus meus clamaui ad te) in passione et sanasti